

## III

## Francesco da Lanzenigo.

[Cedola, soprascritta *recto*] Honorabili et circunspecto Viro Bartholomeo da Montebelluna, civi Tervisini, amantissimo fratri. R[ome], die V<sup>o</sup> Ianuarii 1391.

[verso] Isti consanguinei mei de Lanzanico, qui Romam peregre petiverunt, michi quasi uno ore dixere, se suosque vicinos plebem loci omnino discoopteram recooperire dispositos, sed pro nunc non satis potentes ad perficiendum opus illud; et habitatores illos nostros unam puellam nubilem habere, et quin nubat inopia detineri. Pium igitur arbitratus opus utrumque iuvare, te precor et onero, quod meis pecuniis, si que penes te sint, aliter de tuismet ad mei computum dictis vicinis ad opus reparationis plebis prediche, quam apud fere maiorum meorum ossa quiescunt, de XXV libris parvorum subvenire velis et sine dilatione, ut quam brevius inchoari possit opus predictum; ac totidem pecunias ad iuvamen dotis dicte puelle eisdem habitatoribus offerre, et quando sit opus presto esse, ne illam diutius quam expediatur secum tenere cogantur. Sicuti eciam Galvagnum emphiteotam meum et senio et paupertate gravari (senium fert etas, sed super paupertate compacior), et propterea dispositum suum ius vendere, quod habet in possessione comuni; ex quo videri facias quanti est, et si id pro nobis facit, illud emas nomine meo. Quo casu, si forsan pecunie deforent, nam non multe esse debent, id michi significa, et dabo operam, ut possint haberri. Eciam isto casu possessionem ipsam sibi quamdiu et pro responsione qua voluerit ad vitam suam dimittas. Expecto responsionem tuam de his, que in regressu tuo secuta sunt circa negotia illa tibi nota. Vale et vive felix, ut optas. Recommendes me orationibus communis nostris ac domino F. de Tervisio nostro. Et familia benedicito. Rome, XVII<sup>a</sup> decembbris Anno 90.

Mittes litteram huic inclusam Venetas fidas per manus domino meo Thome Faledro. Tibi scribam latius deo duce per viatorem nostrum, qui nudiustertius venit.

Per fratrem tuum Fran<sup>cus</sup> de Lanzanico.

[A. S. V. Procuratori S. Marco Casa di Ricovero, Misti, b. 177, Commisaria F. da Lanzenigo].

## IV

1400, ind. VIII, 19 Febr.... constitutus venerabilis Vir magister Franciscus quondam Vendernini de Lanzanico ... Item reliquit libros et scripturas quos habet in Romana Curia dicto Nicolao eius nepoti; libros autem quos habet in partibus suis, armario fratrum Predicatorum de Tervisio mandavit et voluit applicari....

Ego Arpinus quondam Ambrosii de Collis de Alexandria....

(1400, 27 luglio) Recommandatum fuit presens instrumentum de Ducali